



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118480

§. 21. Cæsaris deliberatio hac super re cum suis Consiliariis habita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

Sæcul. XVI. Ecclesiasticorum numero nigris induti
 A.C. 1527. vestibus una omnes Cæsarem adeunt,
 supplices, ut Pontifici libertatem concederet; ast haud aliud tulere responsum, quam Cæsari idem æque ac ipsis unice in votis esse.

§. XXI.

Cæsaris deliberatio hac super re cum suis Consiliariis habita.

Enimvero Imperator sanctiorem Senatū, quem *conscientiæ consilium* vocant, congregari, ac Theologos scientia longe præstantissimos illuc accersiri iussit. Ferme omnium sententia eo abibat, quod in re tanti momenti Religionis utilitas status rationi præferatur, nilque inde Cæsareæ Majestatis honori decedat, sive Papa liber, sive captus esset, imo etiam si cum ceteris omnibus fœdere jungeretur, semper tamen ad eum in officio continendum, Deus fat virium Cæsari dedisset: si vero in captivitate detineretur, non modo id argumento sit, quod ejusdem potentia pertimescatur, sed etiam inde Cæsaris fama periclitetur, cum hucusque semper Princeps pius, Catholicus & clemens audierit, proin Pontificem in libertatem assereret, priusquam hac detentione odium in se concitandi aliis spatium relinqueret, præcipue

cipue cum præsens bellum unice ad ve- Sæcul. XVI.
xandum Papam fuisset susceptum, cum A.C. 1527.
tamen ille jam satis captivitate, quam
hucusque sustinuit, castigatus videatur:
verum Albæ Duci longe alia infedit opi-
nio; hic enim palam ita pronuntiabat:
„ Pontifex, cum modo nostris in ma-
„ nibus sit, proprio suo damno sapere di-
„ scat, propterea ad acceptandas con-
„ ditiones, quæ eidem proponuntur,
„ compellendus est, hocque pacto res
„ ita instruatur, ut inde universæ Eu-
„ ropæ pax constans æque ac solida red-
„ datur. „

§. XXII.

*Liberationis pacta cum Papa, &
Principe Arausico imita.*

Dum hæc in Hispania agitabantur,
plurimis calamitatibus summus
Pontifex in arce S. Angeli premebatur,
eoquod non modo alimenta, bellicque
apparatus deficerent, sed etiam pestis,
quæ jamjam urbem depopulata erat, ad
ipsam quoque arcem penetraret. His
malis oppressus Pontifex, Neapolis pro-
regem adesse jussit, ut de sua libertate
cum eo ageret; cum vero ceteri Belli-
duces, qui Arausico Principi exercitus
Imperium detulerant, parum fiduciæ
in Prorege Neapolitano reponerent, nec
ipse etiam Papa ejus consiliis aquiesce-